

78 N 14 [84]

ALTBESTÄNDEN
SCHLÜSSEL
BIBLIOTHEK
UNIVERSITÄT HALLE

ICONEM ANIMI
LEVI PENICULO ADUMBRATAM,
VIRI
*MAGNIFICI, SUMME REVERENDI,
CONSULTISSIMI,*
DOMINI
**D.JO. CHRISTOPHORI
SCHACHERI,
JCTI**

CODICIS PROF. PUBL. ORDINARII, CURIÆ SUPREMAE ELECTORALIS ET DUCALIS, AC FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORIS, ACADEMIÆ DECEMVIRI, ET ECCLESIAE CATHEDRALIS MARTISBURGENSIS CANONICI,

DIE XIX. MARTII ANNO M DCC XX.
PIE DEFUNCTI, SISTEBANT,

GRATAM FIDELISSIMI STUDIORUM SUORUM, CUM ADHUC IN VIVIS ESSET, MODERATORIS, ET HOSPITIS BENIGNI MEMORIAM CONSERVATURI,

JOACHIM. SIGISM. PLOETZ,
EQUES SAX.

HENNIG. GEBHARD. de STAMMER.

L I P S I A,
TYPIS JOANNIS HENRICI KOENIGIL.



Kapitel 78 N 14 [84]

X3165202

AK

Patere
VIR BEATISSIME,
mortuus,
laudes Tuas hic legi,
vivus
quas nunquam de **Tc** prædicari passus es,
aut si modestia prorsus renuat,
Archetypum vivo depingi colore,
indulge saltem,
Typum qualem umbratili effigi piætura,
licet sine Appellea manu,
mente si modo sincera.
Sed quid Tibi publica inculcamus
Lector Honorande?

BEATUS

Originem debet Genti veteri claræque SCHACHERIANÆ,
Aut id satis putas ad futuram gloriam,
aut ignoras Nominis præstantiam.

Fortes non nisi fortés producunt :

SCHACHERI non nisi Viros publico bono natos,
Principi desiderabiles, Saxonæ utiles, Academia
necessarios, Curiæ salutares, & omnino sago
pariter ac toga celebres procreant.

Innata indoles statim in herba magnifica promittebat,
qua pertinax industria perfecit,
ed ecumata eruditio eddit,
peregrinatio perpolivit, fortuna illustravit.

Nomina dabant vera omnia.

JOHANNES omnibus gratiosum & amabilem,
CHRISTOPHORUS Christianæ probitatis vestigia
more, ore, re

circumgestaturum vere præfigebat.

Inde prodit
rara sanctimoniaz Jure Consultus,
& Politicus raro exemplo religiosissimus,
ut optio detur,
num in ipso magis Eruditionem piam,
an Pieratem eruditam admirari velis.

Habes enim Eo nihil sanctius,
& ad antiquæ innocentia exemplar nihil expressius.
Sub melle verborum non latebat cordis venenum.

Veritas nuda, fides incorrupta, Candor nullo fuso piæturus.
Aureos montes non promittebat, & dabat fumo repletos.

Amicitiam non utilitate, sed fide colebat.

Vanitatum erat spectator, non sectator.

Antiquam simplicitatem
blandientis seculi lenociniis longe præferebat.
Honores non ambiebat, ultra ramen eum sequebantur.

Nihil suis, omnia Reip. commodis dabat.

Mira facilitate tolerabat etiam difficillimos,
adeo ut nunquam cum illo redierit in gratiam.
In honore fastus, in fortuna supercilium,

in eruditione invidia, in optimo affluentia auri famis,
in adversitatum procellis inconstantia exulabat.

Hicce si BEATUM deprehendas parem,
ceteris vix invenies imparem.

Habebat Philyrea
quo meliorem nunquam desiderabit.

Vivum Academiacē ferminū jure nominae,
in quo omnia,

quæ ad ipsius statum iuraque pertinerent,
quasi in compendio recludebantur.

Præcipuum sacræ Themidos solamen appellites.

Ex frequenti lectione unicas delicias,
ex pauperum Mufarum precibus gaudium,
ex confluentium turba animi remissionem capiebat.

Videbas Doctorem

in otio negotiosissimum,

in silentio eloquentissimum,

audiebas

in brevitate copiosum,

in obscuris perpicuum,

in incertis certum.

Erat

canae antiquitatis non supersticiosus venerator,

nec noxiae novitatis curiosus venator,

mira in primis cautione cavens,

ne Jurisprudentia in Lydiū S. Scripturā lapidem impinget.

Illustria Collegia gloriari poterant

de Oraculo non Dōdōno, aut Dylkoo,

sed Oraculo vere oraculo.

Non tacuit, cum respondere debuit,

non ambigue respondit, sed scapham scapham dixit,

non otiose assedit, sed negotiorum molem liberaliter divisit.

Fraudes legum masculē detexit,

ne veritas & iustitia occultaretur.

Intricatos causū, ceu Nodos Gordios,

uno judicij īētu solvebat,

quod aliis non nisi ambagiosa opera liceret

Æquum ad instar boni iustitiae Sacerdotis custodiebat,

ne Lejulejis & Rabulis præda fieret.

Tot negotiorum decursus, tot controversiarum fines viderat,

ut in theoria acutus, in praxi sagacissimus esset.

Malorum enim imminentium cautelas mature præstruebat,

prætentum medelas solerter adscreibat.

Hinc erat cauſarum

felix auctor, felicior viator, felicissimus triumphator.

Omnem tamen turpem vincendi rationem abominabatur.

Aperto, non insidioso Marte certare volebat,

ne decepto sed palam fuso gauderet adversario,

ipsique quavis pugna Pacem

non turpem, sed gloriosam, Clientique lucrosam pareret.

Litium ambages ima radice præcidebat,

ne partes, unde lētum sperabant commodum,

Iuctuosum sentirent incommodum.
Viduarum & pupillorum caulas gerere;
raro nostri ævi exemplo felicitatis putabat,
ut, qui minimum hodie habent præsidium,
in ipso invenirent maximum.

Omnino

nihil lucro, nihil amori, nihil personæ concedebat,
omnia ad DEI gloriam, juris decempedam, sui conscientiam referebat.

Ast quo ferimur?

Quis SCHACHERI laudes computabit?

Quis ad vivum depinget?

Vis, *Lector Honorande*,

Iconem SCHACHERIANAM fatis amplam
in angusta tabella?

PROFUIT.

Diem se perdidisse creditit, nisi prodesset;
prohibere tamen non potuit,
quo minus sua morte insigniter noceret.

Heu!

Causarum victor in mortis causa vincitur,

Aliis inserviens, ipse consumitur.

Ingemisce,

Publicum Emolumen tum invida morte mortalitati creptum,
non ingemisce tamen,

quod immortalitati fuerit redditum.

Incipit æternam in cœlis vitam vivere,
qui nunquam optimam in terris vivere desit.

Quicquid invenit,

quam in inquieto mundi strepitu
anxie quæsitam invenire non potuit.

Viator!

Si haec casu transgredieris,
obfirma paulisper gradum,

morare, ut mirere

Iconem SCHACHERIANAM,
in ipsa mortis umbra

æternis virtutum radiis adhuc illustrem.

Intuens tamen in eam,

bonus esto & cautus:

Bonus, ut Te similis maneat fama.

Cautus, ut, qui es, credas, te non futurum,
tua quoque quam primum ludetur fabula.

At ultimum;

Si bonos ames, precare nobiscum:

Ut Patriæ nuncquam deficiat SCHACHERUS,

verum

in superflite MAGNIFICI Fratris Prole

Potestitati ad Nestoris annos servetur

vivida SCHACHERI icon.

Illicet!

* * * * *

P
ARIS
TETRASCHALE
SCHOLARUM
SCHOOL OF THEOLOGY
THEOLOGICAL SEMINARY

ICONEM ANIMI

LEVI PENICULO ADUMBRATAM,


V I R I

MAGNIFICI SUMME REVERENDI,
ULTISSIMI,

M I N I

B.I.G.

Black



D

CO
PR

GRA

Farbkarte #13



Kapitel 78 N 14 [84]
+3165202

AK